

**Collection: Rheed tot Draakestein, H. A. v. - s.n. / n°SIB 94090/1****LECTOTYPUS of *Caryota urens* L.****Sample ID**

SIB Identifier : 94090/1

Barcode : G00025025

Herbarium : G

**Nomenclature***Family name* :

Validated determination : Arecaceae

Stored under(G): Arecaceae

*Name* :Validated determination : *Caryota urens* L.Stored under (G): *Caryota urens* L.**Collector and date of collection**

Collector : Rheed tot Draakestein, H. A. v.

N° Collector : s.n.

Collection date : s.d.

**Geography**

Country : India

Locality : Kerala

Description : Hortus Indicus Malabaricus

Altitude : 0 m.

Longitude/Latitude : 76 deg. 7 min. 42 sec. E / 11 deg. 5 min. 0 sec. N

Accuracy : Precision at the level of department/region

**Miscellaneous**

Habitat :

Substratum :


Abundance :

Life-form :

Description :



Image 1 - Collection: Rheede tot Draakestein, H. A. v. - s.n. / n°SIB 94090/1





## Image 2 - Collection: Rheede tot Draakestein, H. A. v. - s.n. / n°SIB 94090/1

16.

## H O R T U S

ex iis erumpunt, ac ramo medio crassiori coronatim circumpositi octo plus minus cubitos longi evadunt & graves fascias constituunt denso ordine arctè infidentes.

Sunt autem flores spicæ, oblongo-rotundi, ac longitudine ferme unciali rectâ surculis impositi ac nonnihil posteriora versus reflexi, & bini ac bini passim ex adverso ad se invicem siti, cùm se aperiunt in duo, sed maximè ac ad summum in tria folia, quæ surrecta & cuspidata, rigida, dura, crassa, nullis venulis striata, ac interius nonnihil cochleatae-cavæ sunt, se dividunt, uti & manuum pressione resolvuntur, colore primum sunt viridi, post rubescente, seu purpureo-rubescente, dein flavescente, alii aperti, alii clausi atque adeo etiam diversi coloris, alii rubri, alii coeruleo-rubri dilutiùs, vel intensius, alii flavi.

E medio horum spicorum foliorum emicat penicillus angustorum, flavorum, surrectorum ac striatorum foliorum, quæ instar statim fumum sunt.

*Gemmae* fructuum juxta spicæ flores siti sunt, suntque minores quam flores, rotundæ ac in vertice cuspidatæ, & cum cuspede anterius versus reflexæ, quæ floribus deciduis remanent ac in fructus excrescunt.

Sunt autem fructus, cùm in justam magnitudinem excreveré, confertissimo suo numero fasciam ramorum valde onerantes, planorotundi surculis, qui striati sunt, sine petiolis infidentes, primum cùm immaturi, duri ac virides, dein flavi, ac vetustiores rubicundi, cùm probè maturi, rubicundo-obscuri & nitentes, constantes cortice tenui & carne intus molli & rubra, quæ ex gustu linguam acerrimè pungit & lacinat.

Intus *Semina* seu *Nuclei* duo duri sunt, totam ferme capacitatem fructus repletæ, forma oblongi, una parte rotunda, altera qua fibi mutuo accumbunt, plana, striis lacunosa, colore exterius rubro, ac carne intus albicante coerulea & rubra.

*Apud hosce Medicos non est in usu.*

## F I G. II.

Arborem hanc *Palme Dactylifera* esse speciem, non est quod quis dubitet: & nisi fructus carnem linguam acerrimè pungere & lacinare tradherent Autores, non incommodè ad *Palmae Americanam* fructu racemoso C. Bauhini referri posse, opinarer.

Quin & putem, figuram illam cum Exoticorum Lib. i v. Cap. x i i. *Chameriphies Peregrina* nomine, exhibet Clusius, nihil aliud esse, quam racimum aut fasciam, cui adhaerent hujus arboris fructus.

B A L A.



Image 3 - Collection: Rheede tot Draakestein, H. A. v. - s.n. / n°SIB 94090/1

